

tamen promiscui usus fuisse indicat. Can-  
 nensis clades secundo punico bello. Aliter  
 enim non potuissent trimodia illa anulorum  
 Carthaginem ab Hannibale mitti. Tandem  
 anulus equestrum ordinem a plebe diuisit  
 ut semel celebres esse ceperant, sicut tunica  
 hoc est laticlauius, uel purpura, ab anulis id  
 est equestri ordine senatum, ita medium or-  
 dinem tertiumque plebi & patribus anulus  
 inferui, quem ordinem Cicero in consula-  
 tu suo stabiliuit, hinc usu uenit, ut qui hodie  
 ad dignitates tolluntur, anulis exornentur  
 ceu per eum a plebe secernantur. Mos fuit  
 hunc gerere in digito sinistree manus, qui mi-  
 nimo proximus est, dicunt id Aegyptios in-  
 uenisse, quod uena a corde in eum continuata  
 sit digito. Atteius Capito ideo existima-  
 uit, quia manus illa & digitus sint minime of-  
 ficiosi. Gallie, Britannieque in medio digito  
 dicuntur anulo usque, qui postea solus excipi-  
 ebatur. Et ob id infamis dictus est. Sunt qui  
 dicunt anulum propterea signandum 'digis-  
 tis inductum ut condant tanquam res rara et ad iniu-  
 rie usus indigna. Germani ueteres anu-  
 lo ferreo colla circundabant, quem  
 non nisi hoste cesso rela-  
 xabant.

T    é    λ    ⊙.  
 D 4